



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 24. Concilium Constantinopolitanum. Sessio prima & secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Eusebius, Episcopus Doryleensis in Sæculum V.
 Phrygia, inter zelosissimos Nestorii Ad. A. C. 448.
 verlarios numerabatur; idem is est, qui
 Constantinopoli, cum adhuc Laicus es-
 set, & Causidicus forensis, an. 429. con- *Sup. XXV.*
 tra eundem Libellum vulgavit. Cum §. 2.
 ejusdem Sententiaæ esset, ac Eutyches, in-
 de inter ambos arcta necessitudo nata;
 at tandem ex continuis colloquiis agno-
 vit Eusebius, Eutychem in hac quæstione
 nimium dicere, & in alterum extremum,
 scilicet in Hæresin oppositam, incidere.
 Diu amicum ad saniorem mentem redu-
 cere omni studio conatus est, sed cum
 jam constaret, esse obstinatum, non mo-
 do amicitiaæ renuntiavit, sed & vices
 Actoris in eum suscepit. Occasione usus
 est congregati Concilii triginta Episcopo-
 rum, qui, Constantinopoli ob causas alias
 commorantes, conventum agebant, ut
 litem inter Florentium Episcopum Sar-
 densem, Ludiæ Metropolitam, & duos
 ex eadem Provincia Episcopos, exortam
 componerent.

§. XXIV.

*Concilium Constantinopolitanum. Sessione
 prima & secunda.*

Ergo sexto Idus Nov. Zenone, & Post-*Cont. Chal-*
humano Consulibus, id est, octava ced. Att. I.
 Nov. anno 448. Patribus in Aula Consi-*p. 150.*
 liorum Ecclesiæ Cathedralis Constantino-
 politanæ

Sæculum V. politanæ congregatis, quibus Flaviam
A. C. 448. præterat, postquam causa Lydiorum effi-
finita, Eusebius Doryleensis, unus ex li-
tribus præsentibus, de Sede sua surrex-
& Concilio Libellum obtulit, Patres ob-
testans, ut legeretur, & Actis insere-
retur. Igitur Flavianus hunc Libellum
Asterio, Presbytero, & Nestorio legi ju-
sit. In eo Indicium fiebat, Eutychen
non cessare Blasphemias in JESUM Chri-
stum proferre, de Clericis contempi-
loqui, & seipsum, Eusebium, accusare
quod Hæreticus esset; hinc rogabat
Concilium, ut Eutyches vocaretur, ad
istam Accusationem responsurus. Flavi-
anus dixit: *miror ejusmodi Accusatio-*
nem in Eutychem cadere; ne graveri
ipsum adire, & colloqui, si revera depro-
benderis, Doctrinam ejus sanam non effe-
tunc ipsum Concilium accerset, ut se de-
fendat. Eusebius respondit: *antehac eram*
Eutychi amicitia conjunctissimus, hac su-
per quæstionem non semel modo, aut bis dis-
seruimus, sed saepius; monui, meliora de-
cui, ipse autem propositiones, veræ Fidei
contrarias, eloqui non cessavit. Quæ di-
co, per plures testes, præsentes, & qui lo-
quentem audierunt, probare possum. Ergo
adjuro vos, ut hominem vocetis, nam mul-
tos pervertit. Flavianus: *etiam hac via*
laboris te non pigeat! vade ad ejus Mon-
sterium, & colloquere, ne novæ in Ecclesiæ
turba

turbæ excitentur. Eusebius: postquam Sæculum V.
 jam toties accessi & non persuasi, iterum A. C. 448.
 accedere, & ejus Blasphemias audire non
 possum. Cum igitur Concilium videret,
 ipsum in Accusatione perseverare, jussit,
 ut acciperetur Libellus, ad Acta referre-
 tur, & Eutyches citaretur per Joannem
 Presbyterum, & Defensorem, cum So-
 cio, Andrea Diacono, qui ipsi Libellum
 prælegerent, & monerent, ut, se defen-
 surus, in Concilium veniret.

Cum dies sex præteriissent, duodeci- p. 155.
 ma Nov. Eusebio Doryleensi postulante,
 præcipuæ duæ S. Cyrilli de Incarnatio-
 ne Epistolæ lectæ sunt. Prima data
 erat ad Nestorium, & in Concilio Ephe-
 sino approbata; altera ad Joannem An-
 tiochenum, ineundæ pacis causa, directa.
 His recitatis, Eusebius declaravit, hanc p. 175.
 suam quoque esse Fidem, & his Argumen-
 tis se Adversarios mendacii velle convin-
 cere; rogabatque Patres, ut declararent,
 se eidem Fidei subscribere. Flavianus
 dixit, se firmissima Fide tenere, JESUM
 Christum esse Deum perfectum, ex Ani-
 ma Rationali, & Corpore compositum,
 Consumentiam Patri suo secundum Hu-
 manitatem, & Matri suæ secundum Hu-
 manitatem; atque ex duabus Naturis,
 in una Hypostasi, & Persona unitis, post
 Incarnationem unum solum JESUM Chri-
 stum resultare. Tum Episcopos singulos,
 ut

Sæculum V. ut suam quisque sententiam aperiret,
A.C. 448. vitavit; & singuli, quid crederent, i-

eundem sensum, quamvis aliis verbis, e-
plicarunt; nempe Basilius Seleuciensis
ex Isauria, Seleucus Amasiensis ex Po-

p. 182. to, Saturninus Marcianopolitanus ex Mo-

185. sia; Hi tres erant Metropolitæ. Juli-

187. nus, Episcopus in Insula Co, a S. Leon-

Papa ad tractanda Constantinopoli Eccle-

190. siæ Romanæ Negotia Delegatus, & ob-

191. teri, numero septendecim. Tum Euse-
bius Doryleensis dixit: *Aliqui ex Episo-*

pis, qui in hac urbe morantur, non ab-

sunt, vel quod morbo impediantur, ve-

quod ad Concilium vocati non sint; bin-

peto, ut vocentur. Ut id fiat, Archio-

piscopus Flavianus jussit.

§. XXV.

Sessio tertia. Eutyches citatur.

Sessio tertia in eodem loco, die Luna-

decima quinta Novembris celebrata,

Eusebius Doryleensis petiit, ut illi, qui

ad Eutychem missi fuerant, quid actum

fit, referrent. Flavianus Notariis præ-

cepit, ut dicarent, quinam missi fuissent;

Notarii dixerunt, missos fuisse Joannem

Presbyterum, & Defensorem, & Andream

Diaconum, eosque esse præsentes. Tunc

in medium prodire jussi sunt, & Joannes

Presbyter dixit: *Ubi ad Monasterium Eu-*

tychis Abbatis pervenimus, Libellum ei-

præ-